



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De eorum dispensatione, parag. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

bium , sufficere annum naturalem , quia multò magis , nomine anni requisiti à Tridentino , potest intelligi annes naturalis duodecim mensium , quae est significatio principalis.

8. Ex quo ultimo sequitur (ait Pasqualius a) si intercesserint duodecim menses , licet Ecclesiasticus annus nondum finierit , licet te posse ad alium Ordinem ascendere . Casus posset occurtere , si anno præcedente , Sabbatum Sanctum , in quo tu v. g. ordinatus fuisti , incidet in diem 22. v. g. Mattii , & anno sequenti incidat in 22. v. g. diem Aprilis : tunc ergo poteris in hoc anno ordinari in Sabbato ante Dominicam Passionis , si sit tunc completus annus naturalis , licet nondum advenerit Sabbatum Sanctum , in quo finitur annus Ecclesiasticus .

9. Quoniam verò extare dicitur Responso b Pontificis , quæ ait , sufficere ita annum Ecclesiasticum , ut satis sit , si transierint quatuor interstitia , id est quatuor intervalla temporum , sequitur ordinatum anno superiore in Sabbato Sancto , vel in Sabbato ante Dominicam Passionis , licet ordinari posse in Sabbato Quartuor Temporum Quadragesimæ , quia sic jam sunt transacta intervalla Quartuor Temporum , nempe à dicto Sabbato Quadragesimæ ad Sabbathum post Pentecosten : ab hoc , ad illud Septembribus : ab hoc , ad illud Decembribus : & denique ab hoc , ad simile Sabbathum sequentis Quadragesimæ .

10. Hanc præcedentis numeri doctrinam habet Pasqualigus loc. cit. additque rationem à priori hujus rei esse posse , quia hæc duo Sabbathi , id est Sanctum , & Passionis sunt , vel pars , vel appendices Quartuor Temporum , quæ servantur initio Quadragesimæ : quare , qui ordinatus in hoc Sabbatho Quartuor Temporum initio Quadragesimæ , censetur ordinari in illis Sabbatis , puta Sancto , & Passionis , quæ sunt pars , seu appendix hujus , atque adeo , fictione Juris , non ante terminum debitum . Verum hujus doctrinæ penes ipsum sit fides , non apud me .

c Sanc. in consil. l. 7. 11. Denique inter Sacerdotium , & Episcopatum , de jure communis nulla n. 11. altius cessitas est , ut intercedant . Sed quamvis Sancez d' affirmet uno , eodemque die d Sanc. l. c. Dominico posse quempiam suscipere Sacer-

dotium , & Episcopatum , melius ramen negat Averla , & saltem ex eo capite , quod e Am. tam novus Sacerdos , quam novus Episco- de Ordine pus concelebrare debet cum Ordinante , id , 3. sc. 3. quod eodem die non potest , quia eodem Verj. die bis celebraret .

Conser-
tationem.

§. II.

De Dispensatione Interstitionum .

1. N E alterum ex his cum altero confundas . Tria Decreta Tridentini hic debes advertere , ejusque verba diligenter expendere circa promovendos ad Ordines Maiores , nam de Minoribus jam diximus §. præced. num. 5.

Primum , de Ordinato in Minoribus promoveri cupiente ad Subdiaconatum , sic disponit . Hi f. verò (idest in Minoribus consti- f Trid. tuti) nonnisi post annum à susceptione postrem 23. 2. 11. gradus Minorum Ordinum ad Sacra promove- Reform. antur , nisi necessitas , aut Ecclesiæ utilitas , iudicio Episcopi , aliud exposcatur .

Secundum , de Subdiacono g. sic . Promoti g. Trid. ad Subdiaconatus Ordinem , si per annum saltem 23. 2. 11. in eo non sint verfati , ad altorem Ordinem , nisi ibidem aliud Episcopo videatur , ascendere non permittantur .

Tertium , de Diacono h. sic . Ad Presbytera . h. 11. 11. Ordinem assumuntur , qui in Diaconatu ad c. 14. minus annum integrum (nisi ob Ecclesiæ utilita- tem , ac necessitatem aliud Episcopo videatur) ministraverint .

2. Ex his tria habes . Primo , posse Episcopum (quis autem esse debeat , dicam , mox à num. 9.) dispensare in Interstitionis , quod non potuit in extra tempora . ut suprà no- tavi .

3. Secundo , debere adesse causam , Tum , quia id prædicta Decreta significant , Tum , quia omnis dispensatio , ut alibi dictum est , requirit proportionatam cauam .

4. Terter , à Concilio jam explicari quantitatem , ut ita dicam , talis cauæ . Nam maiorem causam requirit à Diaconatu ad Sacerdotium , ut illa conjunctio ostendit (ob Ecclesiæ utilitatem , ac necessitatem) quam à Subdiaconatu ad Diaconatum , quod significant verba illa (nisi aliud Episcopo videatur) & ab Acolytru ad Subdiaconatum , ut ostendit illa disfunctio (nisi necessitas , aut Ecclesiæ utilitas)

utilitas aliud exposcatur) semper autem intellige non necessitatem puram, & absolutam, sed mortalem, a & cum latitudine aliqua.

Aver. l. *mox citād.* *5.* Puto autem, utilitatem sufficientem cum Barb. adesse, quando pauci sunt boni Ministri, sive & Diana, in tota Civitate, sive in aliqua peculiari Ecclesia, cui per ordinandum providetur: Adesse autem necessitatem, quando defunt Eccl. *b Huri. de Ord. diff.* *23.* set, causam sufficientem esse, quando quis habet Beneficium, vel Capellaniam cum one- re Missam celebrandi.

c Hurt. lo. *Idem Hurtadus c loc. cit.* sufficiens etiam *c Leon. de Ord. d. II.* putat, si in ordinando magna literae ad sint, vel virtus insignis. Affertur pro hac causa declaratio Cardinalium.

d Aver. Avers. Or. q. 3. Sed pro Diaconatu ad Sacerdotium negat *st. 9. Ver.* *(ait) ea sola potest vocari necessitas.* Hurtado *fūlāmōj.* *confertur Marchinus e de eo, in quo est excellēt. Concil. Mare. tr. 1. p. 7. c. 3.* lens in literis prefectus, & addit, vel artas pro- *de Ordine.* vecta cum integritate morum, ut item voca- *medja celebratione Missæ, sustentare se quis posset in studiis.*

6. Inquires. Potestne Episcopus in Interstitiis dispensare, ut uno, eodemque die plures Ordines eidem conferantur.

Respondeo. Ut prima Tonsura, & Minores Ordines simul, & in eodem die conferantur, potest ex causa (sufficeret hic qualemcumque notat f Aversa) quia id ipsi non est prohibitum, immo, ubi est consuetudo posset si ne causa, quia huic consuetudini non derogavit Tridentinum.

f Aver. l. 7. e. Ver. Ter- tia condit. fī. Fine. Sanc. in consil. l. 7. c. 1. du. 55. & 56. g. Sanc. ibidem. h Trident. f. 23. c. 3. de Refor. C. Literas de Temporibus Or- dinationū. *7.* Ut Acolythus, & Subdiaconatus eodem die conferantur, potest item Episcopus, *g* sed ex causa, & ubi est consuetudo, etiam sine causa, propter rationes num. praeced. dictas.

8. Denique, ut plures Ordines Majores eodem conferantur die, non potest Episcopus b dispensare, neque hodie ullum extat privilegium circa hoc alii concedunt, neque video in nostris locis ullam introductam esse consuetudinem.

De Sacerdotio cum Episcopatu jam dixi §. 2. num. 11.

QUISNAM EPISCOPUS DISPENSAT in predictis Interstitiis.

9. Dico Episcopum, vel Originis, vel Beneficii, vel Domicilii posse suum dispensare juxta predicta in Interstitiis. Si, quando hic proprius Episcopus aliquem mittat cum Dimissoriis ad alium Episcopum, potest proprius huic alieno committere, ut ipse dispenseat; tunc enim alienus dispensabit, ut Delegatus à proprio. Capitulum Sede vacante tunc solum potest in his dispensare, cum potest concedere D'missorias, ut recte notat Marchinus, i & alii, licet absolute i March. concédat Merolla. *k* *tr. 1. p. 7. c.*

10. An autem Episcopus possit in Interstitiis dispensare suum familiarem triennalem. *Dian. p. 4. ex solo capite familiaritatis?* *tr. 4. n.*

Negat Sanchez, *l* Marchinus *m* item id 209. negat, etiam Episcopo Beneficii. Castropalaus *n* autem id familiari negans, additram *T. 3. d. 7.* *tritionem*, quia hæc sunt diversa privilegia, *n. 48.* posse ordinare familiarem, & posse in Interstitiis dispensare. Unde unius concessio ad *l. San. l. c. e.* concessionem alterius extendenda non est. Et *27. n. 3.* sicuti (*ait*) Episcopus non potest dispensare in illegitimo natali suum familiarem ad *tr. 1. de Or.* Ordines Minores, ita, nec in Interstitiis. *p. 7. c. 4.* Denique dicit, ita decisum fuisse, referri à *n. Cafr. de Garsia. o* *Ord. d. un.*

11. Sed profectò probabilius affirmat *A. p. 15. n. 6.* *versa p* cum aliis: quicquid enim sit de aliis o *Garsia 2.* dispensationibus v. g. circa illegitimum na- *p. de Benef.* talem, certè in Interstitiis militaris peculiaris c. 5 n. 86. ratio: Si enim Episcopo competit principale, *p. Aver. q.* id est, posse suum familiarem ordinare, vi- *3. de Or. se.* detur etiam competere, posse dispensare in *9. Ver. Re-* Interstitiis, quod est valde accessorium ad or- *linquit ta-* dinandum, & quasi imbibitum in potestate men. ordinandi, quod certè non est in ceteris. De- cisionis autem à Garsia relatae opponitur de- claratio Sacrae Congregationis, concedentis Episcopo pro suo familiari dispensatio- nem in Interstitiis, quam referunt *q. Iean. de Crn. p. 2.*

Joannes q de Cruce, & *Diana.* *dub. 4. 4.* *de Ord.* *Dianap. 5* *tract. 4.* *Mm. 2* *AN ref. 190.*

AN PRÆLATI REGULARES DISPEN-
SENT SUOS IN INTERSTITIIS.

12. Cum Religiosis exemptis dispensantur
in Interstitiis Episcopus ejus loci, ubi ii habitant de familia, an eorum Superiores?

13. Profectio bipartita est sententia. Alii
a Bonac. a in dicto Episcopo, Alii in b Superioribus hanc potestatem agnoscunt. Illi, quia universaliter Tridentinum loco sibi citato hanc potestatem Episcopis tribuit, hi, quia volunt in hoc Tridentini loco, nomine Episcopi, intelligi eos, qui, cum habeant Jurisdictionem quasi Episcopalem, tribuunt Dimissorias suis subditis, hi autem sunt Superiores Regulares (ut supra c indicavi) si enim ad ipsos pertinet concedere licentiam ordinandi, ad eosdem pertinebit, & ensandi, ut, non servatis Interstitiis, ordi-

natur.

14. Non est hic opportund Suarez d ex modisorum fieri, ut Superiores in suis

cent Episcopos, ut in his di-

s Religiosis.

15. Ita mihi (etiam practi-
bilis licet probabilior

, me consentiente, Il-

opus Montis - Rega-

figlia, modò ipse ro-

sis toris dispensabat,

in literis se dispen-

ebat.

16. Nam habe, judi-

pertinere ad di-

mansa, quia

item, vel utilitatem Ec-

17. In ne te lateat, Provincialem

tatis e posse dispensare in In-

terstitiis non posse dixerimus in extra-

18. Hoc enim requiritur Pater No-

alis. Ratio est, quia illud concessit

Pater Generalis Provincialibus, f-

19. non item. Cæteri Religiosi

suam praxim, vel privilegia

consultant.

CAPUT XII.

§. I.

Pœna male conferentis, vel recipientis
Ordines.

1. **P**rimo. Qui scienter ordinantur in Sacris ab Episcopo, qui Episcopatus, & usu Ordinis Episcopalis renunciavit (si ea renunciatio habuit effectum per acceptationem Summi Pontificis) suspenduntur ab Ordine suscep- g C.1. de

2. **H**ec suspensio reservatur Summo Pontifici, dum enim in Textu h dicitur, ut, si non scienter, nec per ignorantiam crassam, & supinam quis h Hebrei ordinatus fuerit, possit ab Episcopo dispensari, i C.1.6*1* sequitur, quod si scienter, vel per supinam igno- de Schi- Ordinas.

3. Secundo li, qui ordinantur ab Episco- ab eo. po excommunicato, suspendo, interdicto, k Legi schismatis, heretico suspenduntur i ab Or- Bonai de dine, sic male suscep- Ord. q.3.

4. Requiritur, ut Episcopus, k vel sit de- d.11. nunciatus, ut talis, vel, ut sit excommunicatus Suarez per publicam Clerici percussionem, debet enim ej- Com. d.1. se talis, ut sit virandus, seu non toleratus. sec.1. u.3.

5. Cum ordinato à schismatico dispensat u- Bonac.1. nus l Pontifex Summus. Cum ceteris colligetur d.3. de Ch. ex dicendis, m Deo dante, de Absolucione à in part. suspensione. 1.7.10.

6. Tertiò. Ordinatus per Simoniam ma- 1. Gle.2. net suspensus ab Ordinibus sic suscep- tis, & de Scis ordinans suspenditur a collatione ordinum, à ex Ape- Pontificalibus, & ab ingressu Ecclesiæ. V. Pape

7. Cum eo, qui scienter hanc Simoniam com- tem- misis solum dispensat Pontifex, sed cum eo, qui in Com- ignoravit, commissam fuisse Simoniam, potest o gam. de Episcopus. 1. Spel.2.1.

8. Quartò. Qui innodatus excommuni- n C. Ex catione p ob Clerici percussionem recipit multos Ordines, five Majores, five Minores (ne in q.3.6*1* cludas primam Tonitram, quia hæc Ordo li- non est) suspenditur, si sit Clericus Regularis, si vero sit Clericus Sacerdotalis, est deponen- V. Pape dus a suscep- p C. Con

9. Cum iis, qui existentes excommunicati di- illorum illa excommunicatione ob Clerici percussionem, sent. ex- scientes Ordines recipiunt, Vnus Papa q dispen- commat. q thidem sat.

10. An-